



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Odo Abbas. 18. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Officio suo fungi patres à patre Odo-
 nis discant. Unicum & vix natum
 filiolum à cunis inter brachia in cælum
 sustulit. Divoque Martino & sacris de-
 vovit. Dixisses assensum infantem, ita
 non tam lac maternum, quam erga
 Martinum amorem suxit, qui scilicet
 cum puero deinde crevit, dum literis
 exultis inter Canonicos Turonenses
 est cooptatus. Sed cum tunc etiam vanis
 poetarum (& Virgilio præcipue) com-
 mentis plus quam piis commentationi-
 bus vacaret, per somnum vas vivit cum-
 primis elegans, sed serpentibus ple-
 num. Monuit scilicet iterum cælum,
 quod ipse Maro, anguem ut juvenrus ca-
 veat in herbâ latentem, dum fraga legit.
 Noster deinceps precibus ad D. Martinum
 noctes invigilavit: quò sapius euntem
 cura ex itinere vulpes infestarent, mirum
 dictu suppetias contra has lupus tulit,
 idem deinde Odonis hospes, adim-
 que non ridiculus jam cultos. Sub hac
 dum Lutetia Parisiorum amplius literis
 operam navat, ab ipso Greg. Pont. noctu
 calamum dono accipere visus est, quo
 magni Doctoris Moralia, ut ajunt, spar-
 sa omnibus libris in unum corpus collig-
 eret. Jam monachus laboravit tam diu,
 quoad monachum etiam pater, mater
 velum

19. Nov. VITÆ SANCTORUM. 723
velum indueret inter virgines. Abbas
Gigniacensis, mox Cluniacensis miran-
da & fecit & passus est, dum collapsam
monasteriorum disciplinam erexit. Ad
extremum ager Romæ impetravit, ut re-
dire in patriam liceret. Ibi denique vi-
tam posuit ubi accepit, ad D. Martini
tumulum. *Ex Surio.*

*Vis scire, homo, quid Deo debeas?
quod factus es, Dei creditum est; quod
es rationis capax, Dei scensus est; quod
discretionem mali bonique possides, accepi-
sti; & quod vivendi normam acceperis,
per chirographum legis stipulanti Deo spo-
pondisti. S. Pet. Chryl. f. 94.*

S. PATROCLUS CONF.

19. Novembris.

GENUS & origo PATROCLUS humi-
lis fuit, sed indoles nã generosa,
quæ tum se prodidit, cum rus ad oves
est ablegata, fratre Antonio ad ludum
literarium amandato. Etenim cum hic
oblitus eodem ovo se prognatum, fra-
trem opilionem averfaretur Musarum
pallus, tam ille succensuit silvis, ut reli-
cto in his pane ad Apollinis castra etiam
ipse transfugerit, nec multò post osten-
derit, non ingenio, non studio se
fratri, solo fastu cedere. Ita hodie
etiam videns convitiis (veluti ventis in-
cendia) non extingui, sed ali artes.

Zz 2

Cate